









COMMENTATIO CONTINVATA  
DE  
VSV MVLTIPlici CONCIONVM ET MONV-  
MENTORVM FVNEBRIVM

INVITATIONI DECENTI  
AD PANEGYRIN SOLLEMNEM  
SVB INITIA PRAELECTIONVM ORDINARIARVM  
POST EXACTAS FERIAS CEREALES

D. XIII. SEPT. A. CIOCCCLVI.  
IN ILL. GYMNASIO GOTHANO HABENDAM  
ET ORATIONES DVORVM IUVENVM EGREGIORVM  
BENIGNE AVDIENDAS  
PRAEMISSA

A  
IO. HENR. STVSS,  
GYMNASII RECT. ET REG. PRVSS. ACAD.  
SCIENT. COLLEGA.



I.  
x infinitis, quae suppetunt, exemplis, ad argumentum, quo de nupera commentatione egi, multiplicem nempe monumentorum et concionum funebrium usum, porro declarandum, facientibus, iam quidem non nisi bina, eaque ita comparata, ut bonis, eruditis, et patriam patriaeque historiam amantibus cognitu, vel et repetitu iucunda fore spem, feligere visum est. Inter immortale nomen promeritos et adeptos ecclesiarum in vrbē et terris Gothanis antislites per vicennium vsque ad octavum huius saeculi annum floruit HENRICVS FERGEN, cuius vita integra in Historia Gothana Sagittario-Tenzeliana, nec non in Gotha diplomatica legi potest, hocce iam loco haud repetenda. Quomodo vero eadem in programmate Vockerodtiano, concioni funebri adiecto, atque, uti alia beati huius viri, digna ideo quae recendantur, multis memorabilibus historicis repleto, enarrata sit, sequentia cum speciminis loco, tum quod memoratu sunt dignissima, haec excerpta, declarabunt. Auspiciis et auctoritate SERENISSIMI ERNESTI PII bis per Belgium, perque varias ECCLESIAE EVANGELICAE academias et aulas iter eidem fuit obeundum; illic in contubernio SERENISSIMORVM IUVENTVTIS PRINCIPVM, SAXONIAE DVCVM, ALBERTI, BERNHARDI, HENRICI, et CHRISTIANI, quibus a concionibus sacris erat; hic, cum comes ire influxus esset rerum ecclesiasticarum consiliariis, *Balthasari Mentzero, et Guilielmo Verpoorten,*



poorten, quorum opera BEATISSIMVS PRINCEPS vti destinauerat in componendis Wittebergenſium et Helmſtadienſium theologorum certaminibus, nec non in conſtituendo collegio theologicō, quod a conſilij auctore *Hunnianum* dictum eſt; deſtinataque peſficere tentauerat hac legatione, cui noſter interfuit. Quis non intelligit, quo aditu, quibus gradibus proceſſibusque ad ſaſtigia dignitatum eccleſiaſticarum B. FERGIVS peruenit, vel productus ipſius PRINCIPIS PII voluntate et conſilio fuerit? quid iis non ſuſcipiendis ſolum, ſed et rite ſuſtinendis parem fecerit? Rei euangelicae indolem et rationes interiores perſpicere, vulnera agnoſcere, perturbationem animaduertere, remedia circumſpicere, et hoc pacto theologus non ſcientia ſolum, ſed et uſu rerum ad ſumma eccleſiae miniſteria eruditus et aptus vel hic potuit euadere, vel euadere nemo poteſt. Conſentanea iſtis ſtudiis publica munera, facta et fata tabula haec non recipit. SERENISSIMORVM PRINCIPVM, PIORVM, SAPIENTIVM et CLEMENTIVM, qui opera et miniſterio eius vſi ſunt, AVI, PATRIS, et NEPOTIS inuſitata in eundem gratia vulgatiffima eſt. Inter haec tamen quantacumque ornamenta et magnas opportunitates non deſuit B. FERGIO ſeruatorum Chriſti nota. Vin' paucis? pro recte et vere dictis, factis, ſummisque meritis paſſus eſt maledicta; peſſimamque gratiam. Ab his vindictam adfertamque ſanctam et nobilem animam, properantem ad quietem, ius ſaeque eſt gratulatione proſequi religioſa: corporis, laboribus et aerumnis feſti, et tandem exhausti exuuias omni, quo poteſt, honore condere et honeſtare pium eſt: iacturam boni quique tum deplorabunt, cum ſentient. Audiatur DEVS piorum vota, et rata eſſe iubeat, vt ne cum damnis publicis ſentiant Ducatus Saxo-Gothanus, qualem *Superintendentem generalem* poſt GLASSIOS, GOTTEROS, TRIBBECHOVIOS, amiſerit in FERGIO? nec ſuo experiatur malo ciuitas Gothana, qualem poſt *Myconios, Menios, Myſiacos, Cunones, Eggebertos, Weidemannos, Freyos, Meſſerſchmidios, Wolframos, Iulios, Helderos, Gualtheros*, et paulo ante laudatos, amiſerit Paſtorem. (a) Haec ſpeciminis primi loco, ne in deſcribendo nimis ſim, ſufficiant.

II. Inngo nunc ſpecimen alterum ex eiusdem beati, mihiſque ſemper venerabilis anteceſſoris inſcriptione funebri in primam ſummi apud nos theologi, ERN. SALOMONIS CYPRIANI coniugem, IVLIANAM MAGDALENAM, natam IAEGERIAM, B. HVLSEMANNIAE fororem

(a) Eccleſiae Gothanae antiſtites, qui primo Superintendentes, et deinde Superintendentes generales ſunt adpellati, hoc ordine enumerantur. FRIDERICVS MYCONIVS, inde ab a. 1524. ad a. 1546. quo die ſeptimo Aprilis exſtinctum eſt Gothae

proprium hocce ac ſalutare ſidus. IVSTVS MENIVS, magni nominis theologus, Myconio aegrotanti primum adiunctus, atque inde ab a. 1546. ad 1557. Superintendentis munere functus, eodem autem motus, quod errorum quorundam poſtularetur, Longoſaliſſiam



sororem germanam, itidem pie eruditam, atque inter insignes Germaniae poëtrias suo merito laudandam (b), a. **CIOIOCCXXI**. d. **XVIII**. Maii denatam. Ita vero, post enarrata eximia tam rari exempli matronae ornata, pergit grauis atque ab inepta adulatione alienus licce encomiafles. Potuit ad tam perfectae laudis decus sectandum vteumque prouocare maiorum gloria et celebritas : inter quos auum paternum, **EVSEBIVM IAEGERVVM**, pax Westphalica

fallissim, et deinde Lipsiam abiit, vt rediret, a Gothanis frustra rogatus. Lipsiae autem obiit d. 11 Aug. a. 1558. vid. *Hist. Gotb. Suppl. Tenzel. p. 791*. **SIMON MVS AEVS**, lumen ardens et lucens, (cuius vita in lexico erudit. biogr. multis mendis deformata est) Vratislavia Gothani venit circa festum Pentec. 1557. 1 Eislefeldam discessit anno seq. 1558. **IO. CYNNO. PE-TRVSEGGEBERTVS**, sive **EGGERDES. MICH. WEIDEMANNVS**, tri-ga stellarum nebulosa, varias ob causas misa facta, cum vsque ad a. 1573, aliquam Gothae lucem praebuisset. **IO. FREY**, qui a. 1582. Heldburgum discessit. **IO. MESSERSCHMIDT**, seu **MACHAEROPOEVS**, qui sacro heic munere cum laude et fructu functus, pie obiit a. 1588. **IO. WOLFRAM**, Centuriis V. testimoniorum de sola fide, e Patribus collectorum, clarus. **MICHAEL IVLIVS**, a. 1605. def. et ab Andr. Wilkio, Recl. oratione parentali honestatus, quae exstat in *Suada Gothana p. 582*. **IO. HELBERVS**, a. 1625. def. et ab eodem Wilkio laudatus oratione, quae exstat in *Suada Gotb. p. 618*. **BALTHASAR GVALTHERVS** a. 1636. Brunsvicum, non ad coadiutoris, vti *Sagittarius in hist. Gotb. p. 181*. habet, sed ad ipsum Superintendententis munus, teste *Reh-meiero in der Braunschweigischen Kirchen-Historie P. IV. cap. VII. p. 505*. vocatus. **SALOMON GLASSIVS**, lucidissimum totius ecclesiae evangelicae sidus, cum Sereniss. **ERNESTO PIO** Gotham ingres-sus a. 1640. (quem annum vrbi huic maxime notabilem et memoria saeculari dignum statui programmate a. 1740. scripto de natalitii vrbium) def. 1656. 27. Iul. **IO. CHRISTIANVS GOTTFER**, itidem magnus et temporibus Ernestini probatissimus theologus; mort. 1677. 4. Nou. **ADAMVS TRIBBECHOVIVS**, editis, id-

que auspiciis gloriosiss. mem. Ducis **FRI-DERICI I.** Hieronymi operibus, aliisque scriptis clarus, m. 1687. d. 17. Aug. **HEN-RICVS FERGEN**, nat. 1643. d. XX. Maii, post absoluta studia academica, et itinera cum Sereniss. Principibus, **ERNESTI PII** filiis, Decanus Themariensis constitutus a. 1673. Concionator aulicus Fridensteinensis factus 1676. Superintendens denique genera-lis creatus 1688. ob. 1708. d. XI. Nou. act. 65. **GE. NITSCHIVS**, a. 1709. Guelpher-byto huc delatus, et aequae ac b. antecessor per annos XX. sacro munere grauissimo dexterrime functus, ob. 1729. XX. Nou. act. 66. **IO. BENIAM. HVHN**, postquam per aliquot annos munere concionatoris aulici Fridensteinensis, et Superintendentis Ton-nensis functus esset, Superintendentis gener. spartam nactus a. 1730. eidemque subtra-ctus 1744. d. III. Sept. Successorem summe venrabilem atque excellentiss. **IO. ADA-MVM LOEWIVM** in publica commoda quam diutissime florere **BEVS O. M.** i-beat!

(b) Facultas poëtica beatæ illius **IAE-GERIAE**, magno **CYPRIANO** nuptae, laudatur etiam a. b. **Vockerodo**, eadem inscriptione funebri, sequentibus inter alia verbis: *Qui*, (Sebachius, sobolis Iegeriae olim magister, deinde Hildburghusensis ecclesiastes) cum esset carminis sani coloris artifex admirandus, alumnam natam ad illam solertiam aptamque facile eo prouexit, ut non modo de factis Teutonicis carminibus recte posset iudicare, sed fabricare ipsa, quae publica luce non viderentur indigna, si impetrari a suis posset, ut beatæ nomen non inter dactas minus quam sanctas matronas celebraretur. Specimina quaedam, concedente ipso b. **Cypriano** codicem mihi, manu beatæ scriptum, ipse inserui *der Sammlung auserlesener Gedichte*, quam edidi 1734. P. I. p. 330. seqq.



Westphalica nobilitavit, cuius comitiis Secretarii legati SERENISSIMO-  
 RVM SAXONIAE DVCVM nomine interfuit; et qui postea ob prae-  
 clara haec merita praefecturae Wachsenburgensi et Ichtershusanae praefuit.  
 Inter maiores vetustiores praecipue claruit IOANNES WOLFLINVS  
 IAEGER, Principum Comitum Hennebergensium cancellarius: cuius de  
 patria merita, et studium doctrinae euangelicae, introductae in Hennebergiam  
 illius tempore, propugnataeque eiusdem consiliis et auspiciis, Teutonico car-  
 mine decantatae sunt. Inter maternos maiores clarent Ritteri et Fuhrmanni,  
 illi sancti sepulchri Gorlicensis, ad Hierosolymitani modum exstruendi, aucto-  
 res et curatores: quibus Maximilianus II. nobilitatis iura et insignia tribuit:  
 hi eodem honore et iure Ferdinandi I. gratia et suffragatione honestati. Po-  
 tuisset et idem natalium splendor fraudi esse posteris, ac a vera et solida vir-  
 tute auferre in transuersum. Non est enim obscurum, fiducia generis plures  
 efferri ad vana et inania, quam prouehi in virtutis tramite. Sed intercessit  
 tempelline vitrici, *B. Henrici Fergentii*, celebratissimi in his terris impugnatae  
 pietatis propugnatoris, fides et industria: qua priuigna eius, BEATAE  
 CYPRIANIAE illustris mater, ANNA CHRISTINA ROSNERIA,  
 ita est instituta, vt talis sobolis mater et magistra esse potuerit, qualem in  
 CYPRIANIA admirata est vrbs et aula Gothana, venerabitur posteritas.

IV. Haecce ἀποσπασμῆσι pro instituti ratione iam quidem delibare,  
 ad ostendendum fructum et delicias monumentorum funebrium, collibitum est.  
 Nunc, quod restat, agendum, indicandis orationibus, quas in panegyri sol-  
 lemnis, sub auspicia praelectionum, finitis feriis cercalibus, denuo in orbem  
 et orbitam redeuntium, crassina luce, hora VIII. matut. habebunt iuuenes duo  
 excitatae et ad praeclara aptae, studiisque haud infeliciter excultae indolis,

CHRISTIANVS GVILIELMVS MADELVNG, GOTHANVS,  
*ἀνεξέστως* oratione Gallica copiosa dicturus cum de Itatorum, tum etiam de  
 Germanorum in optimas litteras atque scientias promeritiis: et

IOANNES CHRISTOPHORVS SPARR, GOTHANVS,  
 Latine verba facturus de terra historice et politice considerata.

Iam nostris hisce Musarum sacris vt frequentes interesse dignantur PERILLV-  
 STRES PVBLICAE REI CVRATORES STATORESQUE, EPHORI GYMNA-  
 SII VENERANDI, VIRI VARIA MVNERVM DIGNITATE SPECTABI-  
 LES, QVI GOTHAM LITTERATAM ORNANT, ET ERVDITAE HV-  
 MANITATI FAVENT, qua par est, obseruantia, etiam atque  
 etiam, oro quaesque.

P. P. D. XII. SEPT. A. CIOIDCCLVI.

GOTHAE, LITTERIS REYHERIANIS.





QK Ti 2767



ULB Halle  
005 475 082

3



*212*









COMMENTATIO CONTINVATA  
DE  
VSV MVLTIPlici CONCIONVM ET MONV-  
MENTORVM FVNEBRIVM

INVITATIONI DECENTI  
AD PANEGYRIN SOLLEMNEM  
SVB INITIA PRAELECTIONVM ORDINARIARVM  
POST EXACTAS FERIAS CEREALES

D. XIII. SEPT. A. CIOIOCLVI.  
IN ILL. GYMNASIO GOTHANO HABENDAM  
ET ORATIONES DVORVM IUVVENVM EGREGIORVM  
BENIGNE AVDIENDAS

PRAEMISSA  
A  
IO. HENR. STVSS,  
GYMNASII RECT. ET REG. PRVSS. ACAD.  
SCIENT. COLLEGA.



I.  
x infinitis, quae suppetunt, exemplis, ad argumentum, quo  
de nupera commentatione egi, multiplicem nempe monu-  
mentorum et concionum funebrium vsum, porro decla-  
randum, facientibus, iam quidem non nisi bina, eaque ita  
comparata, vt bonis, eruditis, et patriam patriaeque histo-  
riam amantibus cognitu, vel et repetitu iucunda fore spe-  
rem, feligere visum est. Inter immortale nomen prome-  
ritos et adeptos ecclesiarum in vrbis et terris Gothanis antiflites per vicennium  
vsque ad octanum huius saeculi annum floruit HENRICVS FERGEN,  
cuius vita integra in Historia Gothana Sagittario-Tenzeliana, nec non in Go-  
tha diplomatica legi potest, hocce iam loco haud repetenda. Quomodo vero  
eadem in programmate Vockerodtiano, concioni funebri adiecto, atque, vti  
alia beati huius viri, digna ideo quae recundantur, multis memorabilibus histo-  
ricis repleto, enarrata sit, sequentia cum speciminis loco, tum quod memo-  
ratu sunt dignissima, haec excerpta, declarabunt. Auspiciis et auctoritate SE-  
RENISSIMI ERNESTI PII bis per Belgium, perque varias ECCLE-  
SIAE EVANGELICAE academias et aulas iter eidem fuit obeundum; illic  
in contubernio SERENISSIMORVM IUVVENTVTIS PRINCIPVM, SAXO-  
NIAE DVCVM, ALBERTI, BERNHARDI, HENRICI, et CHRIS-  
TIANI, quibus a concionibus sacris erat; hic, cum comes ire iussus es-  
set rerum ecclesiasticarum consiliariis, *Balthasari Mentzero, et Guilielmo Ver-*  
*poorten,*

